

esse idem esse actuale, quia existentiam mutat. Denique illud, quod ex Cajetan. addebat de consumatione existentie create in Christi humanitate, & subrogatione divine, nihil urget, quia falsum est, & ab omnibus negatur extra scholam D. Thomae humanitatem Christi creatam in Verbo propria existentia, ut fufius in materia de Incarnatione.

Secundo Postremum arguitur urgentissime ex Tromb. loc. cit. Tat. 2. disp. 3. qu. 1. aliter Scotus passim, destruendo precipuum fundamentum Adverfariorum, ex eo enim precipue ipsi distinguunt existentiam ab existentia in creaturis, quia ipsa rei essentia potest existere, & non existere, unde deducitur, quod cum existit, aliquid habet a se realiter distinctum, quod non habet quando non existet. Sed eadem proinde indifferentia cernitur in ipsa rei existentia, nam nec ipsa necessario existit, sed aliquando quidem existit, & aliquando non existit, ut patet de existentia Antichristi, quae nunc non habetur, sed aliquando habebitur; unde si valet fundamentum illud Adverfariorum, nedum existentia, sed etiam ipsi existentia signari debet a se existentia realiter distincta, quae potest existit, quod nullum Thomistarum opinor concessurum, sicut ergo existentia possibilis constituitur secundum Thomistas actu existens abique ullo realiter superaddito per hoc solum, quod terminat se ipsa actionem causae producentis, ita pariter dicitur deus de essentia, quod actu constituitur existens in rerum natura ex hoc praesens, quod terminat talem productionem, nullo sibi realiter superaddito.

Respond. Cajet. citat. negando existentiam esse indifferentem, ut sic, quia nequit concipi nisi existens, sicut homo nec potest concipi, nec existere, nisi sit animal; nihil enim est indifferens ad aliquid duo, quorum alterum sibi determinat in sua definitione, quia ergo de conceptu existentiae est actu existere, ideo repugnat existentiam indifferentem concipere ad esse, & non esse. Addit Sonc. quod existentia non est in potentia ad existentiam, sicut albedo non est in potentia ad albedinem, sed essentia proprie loquendo est illa, quae est in potentia ad existentiam, unde valde impropre dicitur, quod existentia Antichristi modo non est, nam proprie loquendo dici debet, quod ipse Antichristus modo non est. Contra, nam mea existentia, quia nunc gaudeo; non fuit ab aeterno, & tamen potuit ab aeterno produci, & antequam Deus eam produceret, cognovit eam possibilem, & posse produci, ergo mea existentia non minus ab aeterno possibilis fuit, quam mea essentia, & non minus existens. Dicit existentiam non existentem non esse existentiam, quia de conceptu existentiae est actu existere. Contra, quia pariter ergo dicit existentiam non existentem non esse simpliciter existentiam; recurrendum ergo est ad doctrinam traditam num. 88. pari semper proportione de essentia, & existentia esse loquendum, ut essentia possibilis correspondeat existentia possibilis, velut modus ejus intrinsecus in tali statu, & essentia actualis, seu in actu posita existentia actualis; nec aliter possibile esse essentiam, & a Deo, ut possibilem cognoscat, quam ipsam existentiam. Neque ex hoc sequitur, quod si existentia concipitur, ut possibilis, concipitur sine existentia, sed solum id, quod concipitur per nomen existentiae, posse aliquando in se vere esse a parte rei, aliquando tantum in esse objectivo, sicut & homo licet nec possit concipi, nec existere, nisi sit animal, aliquando tamen potest in se a parte rei esse animal, & aliquando tantum in esse objectivo, ut quando non est adhuc productus. Potest etiam negari quod de conceptu existentiae sit actu existere absolute loquendo, sed de conceptu existentiae potentialis est, ut sit ratio, quia essentia potest existere, & de ratione existentiae actualis est, quod sit ratio, quia essentia actualiter existit in rerum natura. Et ex hoc refellitur etiam, quod addebat Sonc. quia cum existentia non minus, quam essentia, habeat suam realitatem per participationem, cum non sit ens per essentiam, intelligitur prius in esse possibilis, quam actuali, quia tam res, quam modus rei prius dicitur esse in potentia, quam in actu, & hoc ipse concedit quae. 13. immediate loquens ad 2. principium hae autem existentiae possibilis non ita debet explicari, ut existentia dicatur in potentia ad existentiam, alioquin & ego dicam essentiam esse in potentia ad essentiam quantum ad actualitatem essentiae, & suorum praedicatorum quidditativorum, quae ei concedunt Thomistae conditio ab actualitate existentiae; sed ita explicari debet, ut existentia, quae prius erit possibilis, postea fit in actu, sicut albedo prius possibilis postea fit in actu, nec propterea dicitur esse in potentia ad seipsam; non ergo explicari debet possibilis rerum, antequam fiant, per modum potentiae subjectivae, sicut facit Sonc. ut occasionem sumat cavillandi, sed per modum potentiae objectivae.

110 Albertinus in praedicatione substantiae disput. 1. quae. 1. num. 43. ait existentiam esse possibilem, & non repugnantem, non aliqua possibilitate sibi propria, quae dicitur possibilis ab aeterno, sed ex sola possibilitate, & non repugnantia essentiae, cuius ponitur modus, unde existentia lapidis, ex eo praesens, quod supponit lapidis essentiam possibilem, dicitur non repugnans. Hanc solutionem rejicit supra num. 9. quia licet haec doctrina admitti possit in nostra sententia non distinguendo realiter existentiam ab essentia, in opposita tamen nequam subsistere potest, quia ut ibi arguebatur, sicut nihil in propria, ac intrinseca actuali entitate sua constituitur per entitatem independentem, ita neque aliquid constituitur possibile, vel non repugnans per non repugnantiam alterius realiter distincti, sed unicusque entitatis producibilis propria correspondet objectiva possibilitate, cum ergo in

opposita sententia existentia realiter distinguatur ab essentia, nequam potest existentiam dici possibilem, & non repugnans per solam essentiam non repugnantiam, sed propria potentia objectiva, sibi correspondere debet non minus, quam essentiae; unde videtur argumentum hoc ad hominem concludere.

Respondent proinde alii Thomistae, quos sequitur Jo. de S. Th. concordando quidem existentiam posse esse, & non esse, tamen ad hoc, ut sit, & existat, non indiget alio modo superaddito, neque alia existentia distincta, quia ipsa est formalis ratio existendi, & ita quo, ut non possit esse quod, sicut praesentiam dicimus non indigere alia praesentia, ut sit praesens, nec albedinem alia albedine, ut sit alba; homo vero, & reliqua entitates, ac essentiae non sunt rationes existendi, ac proinde indigent alio modo. Sed haec quoque solutio ibi impugnata est supra n. 9. quia si ex differentia, quam habet essentia ad existentiam, & non existentium bene deducitur, quod indiget modo superaddito ad existentiam, cum eadem quoque indifferetiam offendamus in existentia, idem quoque de ipsa concludi debet, sicut a pari si de praesentia, & cum uno offendere possemus indifferenter esse ad unum, & non unum, locari, & non locari, pariter concludi debet unum alia unione indigere, & praesentiam alia praesentia.

Denique respondent alii, quod existentiam posse esse, & non esse, potest dupliciter intelligi, vel ut possit esse producta, & non producta, & in hoc sensu verum est; vel ut possit habere, & non habere existentiam, & sic est falsum, quia existentia nunquam dicitur habere existentiam, sed semper est existentia, unde dicitur nostro argumento probari solum productionem existentiae esse ab ea distinctam, non autem dari aliam existentiam distinctam, quia ipsa existat. Contra, quia haec responsio concedit, quod evitare contendit, & ex hoc quod existentia possit esse, & non esse in primo sensu, sequitur necessario posse esse, & non esse etiam in secundo sensu, dum enim existentia de novo producitur, utique talis productio ad actualem existentiam terminatur, quod potest remanere transiente actione productiva, ergo non solum potest esse in primo sensu, id est producti, & non producti, sed etiam in secundo, id est habere existentiam, & non produci, sed etiam in secundo, & ita sequitur ad hominem esse existentiam, distinguendum de re quidditate ipsius existentiae, adeo ut ipsa existentia ab esse actuali praesens sit existentiae essentiae, & esse actuali in rerum natura sit ejusdem existentiae existentia.

ARTICULUS III.

Thomistarum argumentis occurritur.

111 Primum arguit Thomistae, quia sine reali distinctione essentiae, & existentiae creatae non subsistunt precipue quiddam discrimina, quae poni solent inter Deum, & creaturam. Primum quidem discrimen esse solum quod Deus est suum esse, & suum existere, & existit per essentiam suam, non alia ratione, nisi, quia in ipso essentia non distinguitur ab existentia; sed hoc etiam in creaturis verificatur, si earum essentia non realiter distinguitur ab existentia. Secundum discrimen est, quod Deus dicitur ens participativum, creatura vero participativum, quatenus ejus essentia participat existentiam, at haec participatio existentiae in creatura subsistere nequit sine eius reali distinctione ab essentia, quia participans differt realiter a participato, cum nihil seipsum participet, ergo &c. Tertium discrimen est, quod Deus est summe simplex, & omnis creatura vere composita, at hoc quoque discrimen concedit, nisi essentia, & existentia realiter distinguantur, & faciant in creaturis veram compositionem, quia nonnullae sunt creaturae, quae aliam compositionem non admittunt praeteritam, ut sunt materia prima, formae rerum substantiales, & accidentales, ac ultimi rerum termini. Quartum discrimen est, quod creatura habet esse receptum, Deus vero esse irreceptum, si enim creatura non haberet esse receptum, ejus esse foret illimitatum, cum non haberet unde limitaretur; at si essentia creaturae est idem cum existentia, nequit illam recipere, cum nihil seipsum recipiat.

112 Ad 1. Recentiores in primis argumentum retorquent contra Thomistas in ipsa existentia, quae est creatura, & adhuc est suum esse, & existere, quia non existit per aliud realiter distinctum, deinde dicunt de Deo verificari quod sit suum esse, & suum existere, & ens per essentiam, non autem de creatura; non quia essentia, & existentia identificentur realiter in Deo, non autem in creatura; sed quia Deus existit independentem ab omni causa efficiente, creatura vero dependenter; & ratione huius dependentiae, ac independentiae in esse, praedicationes illae solent in Deo, non in creatura, etiam si haec, & ibi essentia identificentur cum existentia; ita significavit Suarez disp. 3. sed. 6. n. 14. quem passim alii sequuntur. Argumenti conversionem contra Thomistas approbo, quod solutioem ejus non omnino; quamvis enim verum censeam, quod cum Patres vocant Deum ens per essentiam, intelligant quod habeat esse a se, & non ab aliqua causa communicatum, quia non est ens per participationem; non tamen credo veritatem illarum praedicationum, aut falsitatem praesens attendi debere dependentiam, vel independentiam, ad utrumque in Deo sit ejus praedicationum quidditativum, quia in eo reperitur cum dependentia, non autem in creatura, quia in ea habetur cum dependentia; nam si ita foret, nullum praedicationum quidditativum posset assignari in creatura, quia habet omnia sua praedicationa dependenter a Deo, & contra in Deo

Deo omnia praedicationa etiam a tribus talia essentia quidditativa, quia sunt in eo sine ulla dependentia a causa extrinseca; ergo dependere a Deo non tollit rationem, praedicationis quidditativae, dummodo inter illud, & subiectum sit formalis identitas, sicut homo est ens per participationem a Deo, & tamen haec propositio est essentialis, & quidditativa, homo est ens; si ergo inter essentiam, & existentiam idem esset realiter, & etiam formalis identitas, ut voluit Recentiores, existentia erit etiam essentia creatae praedicationum quidditativarum, neque per dependentiam id poterit impediri; Dicendum igitur est quod illarum propositioem veritatem hoc verari inter Deum, & creaturam discernit, quod propositioem illam verificatur in Deo non solum in sensu identico, sed etiam formalis, quia actualiter existere est de essentia Dei; in creaturis autem verificari possunt in sensu tantum identico, quia actualiter existere non est essentialis, & necessarius creaturae.

113 Dices, nec etiam in sensu identico de creatura verificari posse quod sit suum esse, quia talis identitas sola sufficeret ad impedendum contingentiam in suo esse, ac etiam sufficeret, ut existentia diceretur convenire creaturae per suam essentiam, ac per suam existentiam. Negatur assumptum cum eius probatione, quia ut diximus, 90. contingentia in esse creaturae non procedit ex reali distinctione essentiae, & existentiae, & ex eo quod contingenter haec conjungatur illi, ut actus potentiae, quem ad modum voluit Thomistae, sed quia creatura dependet in suo esse actuali a causa extrinseca potente illam conservare, & delerere in quolibet instanti, & hinc est, quod semper est contingens, & semper potest non existere, quantumvis habeat existentiam sibi realiter identificatam; de qua etiam haec realiter identitas sufficit, ut existentia dicatur creaturae convenire per suam essentiam, ac etiam, quia talis locutio est communi modo loquentium Patrum, & Theologorum significat habere existentiam a se, & independere ab alio, quod soli Deo competit, quod si per tale loquendum modum solum indicaretur existentiam convenire creaturae intrinsece, ac immediate per suam essentiam, ac entitatem actualem, non vero per aliquid adventitium ab ea realiter distinctum, & in hoc sensu utique concedi posset existentiam competere etiam a creaturis per suam essentiam, ac propriam entitatem.

Ad 2. essentia creatura dicitur participare existentiam, non quia illam sibi identificat, sed quia illam non habet a se, sed a causa efficiente extrinseca, & cum dicitur participans, realiter differt a participato, respondet essentiam creatam non dici participantem respectu suae existentiae, sed respectu causae efficientis, de cuius esse aliquid participat, ex quo sequitur tantum inter Deum, & creaturam esse realem distinctionem, non autem inter essentiam, & existentiam. Ad 3. retorquetur argumentum cum Scot. 1. diff. 8. quod A. quia talis compositio, quam dicitur esse in omni creatura, non convenit ipsi essentiae, & ipsi existentiae secundum se; negatur itaque, creaturam esse realiter compositam ex esse, & existentia, ad distinguendum enim creaturam simpliciter a simplicitate divina sufficit, quod si non quilibet creatura est vere ex rebus composita, sit saltem composita ex realitatibus generis, & differentiae, vel saltem cum alia compositis, quod omni creaturae convenire potest, ut docet Scot. loc. cit. sufficit etiam, quod compositio ex esse, & existentia, quamvis in creaturis non sit realis, & propria compositio, est tamen formalis compositio, vel quasi compositio, quatenus existentia non est ita omnimode identicata cum essentia creatae, sicut cum divina, ut postea dicemus; praeterquam quod aliae quoque formae compositionis inveniuntur in creaturis, per quas divina simplicitate valde distat, ut constat est Doctore cit. r. d. 8. q. 2.

114 Ad 4. Si per esse receptum intelligatur esse acceptum ab alio, ut idem sonat, quod participatum, utique esse creaturae est necessario esse receptum, quia ab alio dependet, ac si per esse receptum intelligatur esse receptum in alio realiter distincto velut in subiecto, ut denotat vis vocabuli, negatur esse creaturam dependentem esse receptum, neque hoc sequitur illud esse futurum recipitur in alio, & tamen non est illimitatum; falsum igitur est, ut aliquid sit limitatum, debere habere subiectum, in quo recipiatur, unde ejus limitatio attendatur, quia de illo ipso subiecto quaezri poterit, unde habeat esse limitatum; & si habet esse limitatum, quod pacto formas in se recepat limitare possit; itaque creatura quolibet esse seipsa formaliter esse limitata, & efficienter a causis suis, & quidem limitatio existentiae creatae in hoc consistit, quod non necessario existat, nec faciat essentiam sibi correspondentem necessario existentem, quod quidem evidenter constat habere ex hoc, quod producat a causa efficiente potentiam illam conservare, & delerere pro quolibet instanti, non autem ex eo, quod recipiatur in essentia realiter distincta, unde hoc argumentum, quod adeo Thomistae magnifice solent, nihil profus concludit, cum dicitur esse irreceptum esse infinitum, & illimitatum, eodem modo distinguendum est, quod si per esse receptum intelligatur esse non ab alio acceptum, utique omne tale est illimitatum, & in hoc sensu esse Dei dicitur irreceptum, ac si per esse irreceptum intelligatur esse, quod non in alio recipitur velut non est aliquid omne tale illimitatum esse, nam rationalitas in subiecto, negatur ab actu alio realiter distincto in homine; & tamen non est illimitatum quod, neque animalitas, alique gradus metaphysici substantiales. Cajet. cit. conatur oppositum probare, quia albedo separata includeret totam perfectionem possibilem competere albedini, &

esset infinita in tali natura, & simile feret argumentum confici. Sonc. de calore separato, ergo limitatio talis forma sumitur a subiecto, in quo recipitur, non ab agente, a quo producit. Hoc etiam argumentum est profus invalidum, quia vel ponitur calus, quod albedo separatur a subiecto, vel quod Deus eam de novo producat extra subiectum; si primum, cum ex sola separatione nihil accretum a subiecto, quod non praesertit, sicut antea non erat infinita, ita nec post separationem; si secundum, non video, quod pacto cogatur Deus producere albedinem infinitam ex eo praesens, quod non producit illam in subiecto.

Instat adhuc Blausius a Conceptione, quia Filius aeternus habet esse a Patre, & tamen non habet esse finitum, & limitatum ergo non inferatur finitas, & limitatio creaturae ex eo, quod accipiat esse a Deo, quinimmo ex eo quod aliquid accipiat esse ab aliquo infinito, potius videretur colligendum illud esse infinitum, quam finitum, ergo si non detur aliquid intrinsecum in creatura, unde limitetur, atque finiat, ejus existentia, potius colligatur ex eo habere infinitatem, quam finitatem, & limitationem. Resp. negando paritatem, nam Filius in divinis necessario producit a Patre, ita ut nequit non produci, & non procedat ab eo in alietate natura, sed tantum in alietate personae, ac creatura non producit a Deo necessario, quia potest produci, & non produci, & cum producat, procedit, & exit ab eo in alietate naturae, frustra ergo ad indagandam limitationem existentiae creatae recurrunt Thomistae ad aliquam potentiam realiter distinctam, in qua ipsa recipiatur, cum sufficienter ejus limitatio colligatur ex eo, quod non producat necessario ab ulla causa, neque ex se petit necessario existere, nec necessario facit aliquid existens.

115 Secundo, arguunt ex hoc, quod multa tribuuntur essentiae creaturarum, quae non tribuuntur existentiae earum, atque adeo inter illam indicant realem distinctionem. Primum namque existentia competit rei, & dependenter a causa efficiente, essentia vero independenter, siquidem praedicationa essentiae rebus conveniunt seclusa omni causalitate effectiva, datur enim utriusque causa, quod homo est, sed non quod homo sit animal. Secundo, propositioes formatae de rei essentia sunt necessariae, & aeternae veritates, at quae formatae de existentia, sunt contingentes. Tertio, existentia est terminus generationis, & corruptionis, non autem essentia, quae dicitur ingenerabilis, & incorruptibilis, & ab aeterno esse, unde mortuo homine interit existentia, non essentia. Quarto, res dicuntur prius in potentia, quam in actu, quoad essentiam, non vero quoad existentiam; essentia quoque dicitur esse in potentia ad existentiam, nihil autem dicitur in potentia ad seipsam. Quinto, secundum esse essentiae cadunt res sub scientiam, & coordinationem praedicationalem, non autem secundum esse existentiae. Sexto resolvitur per ipsas diversae quaestiones, nempe per existentiam quaestio an sit, per essentiam quaestio quid sit. Septimo, essentia dicitur necessaria, existentia contingens, illa dicitur abstrahere a loco, & tempore, haec vero minime. Tandem essentia per se convenit rei, existentia per accidens, at ablata distinctione realitatis existentia per se convenit creaturae, non enim potest aliquid scitum esse idem realiter cum aliqua re, & non convenire illi.

116 Respondetur, non solum distinctionem realem, sed interduam quoque solum formalem ex natura rei, quae est minor illa, sufficere ad verificandam contradictoria de eadem re, quod est secundum diversas formalitates a parte rei, atque ideo non quae libet contradictio a parte rei semper inferit distinctionem realem, ut dicitur est disp. Log. q. 5. art. 2. declarando naturam distinctionis formalis, & rursus supra disp. 6. num. 130. naturam in proposito etiam si liqua verificentur contradictoria de essentia, & existentia, non statim ex illis inferri debet realis distinctio inter illa, sed attendenda est natura contradictoriorum illorum, an scilicet sint sufficientia ad inducendam realem distinctionem, nec ne; tamen pro majori claritate ad singula respondere libet. Ad 1. negatur essentiam non convenire rebus dependenter a causa efficiente, prout a se ipsam participant quia vera illam habent a causa efficiente communicatam, non minus quam existentiam; & hoc ultro concedit Sonc. cit. cuius est argumentum, sed in stat quod nulla detur efficiens causa connectionis praedicatorum essentialium; quod quidem parum nobis obest in proposito, quia veritates talium propositionum non fundatur in essentia rerum actuali, ut hic de ea loquimur, sed possibilis, ut diximus supra num. 66. ubi etiam declaratum est, quod pacto divinus intellectus dici queat causae efficientis veritatis illarum propositionum. Ad 2. propositioes necessariae formatae de essentia in esse possibilis, & objectivo considerata, ut ibidem dictum est, non autem in esse actuali, quod pacto non abstrahit ab existentia, & cum ea est realiter idem. Ad 3. negatur essentiam actualem, & aeternam terminus ad aequat generationis est tota res, quae producit tamen secundum existentiam, quam existentiam, & eadem est terminus corruptionis, cum interit, secundum utrumque esse, quod autem pacto dici possit essentiam ingenerabilis, incorruptibilis, & aeterna, jam supra declaratum est n. 90. Ad 4. constat est dictis num. 119. quod pacto etiam existentia suo modo potest esse, & non esse in actu, sicut essentia; & ideo sicut res dicuntur in potentia antequam fiant, ad actualem essentiam, sic pariter dici debent in potentia ad existentiam in esse exercito, & quando essentia dicitur esse in potentia ad existentiam, non utriusque intelligi debet, quod praecedat ut quid reale in potentia subiectiva ad ipsam recipiendam, tanquam aliquid a se realiter distinctum, ut receptum a recipiente, sed dicitur esse in potens.

potentia obiectiva, quatenus est id, quod de esse potentiali ad esse actuale tranfire potest, non quidem aliquid recipiendo in seipso, sed egrediendo de virtute causae. Ad 5. non ponitur res in praedicatione secundum esse actuale esse essentia, de quo hic est sermo, sed secundum esse possibile, & obiectivum, iuxta quod ab existentia, & actualitate praediciuntur, ut constat ex dictis num. 69. & 88. Ad 6. negatur diversitas illarum quaestionum inferre realem distinctionem inter essentiam, & existentiam, nam etiam in Deo assignantur illae quaestiones distinctae, ubi tamen essentia, & existentia realiter non distinguuntur, ad distinguendas ergo quaestiones illas sufficit minor distinctio, cui accedit quaestio an sit, non quae res semper existentiam rei actuale, quod hic loquimur, sed interterum potentiam tantum. Ad 7. negatur esse possibile, & obiectivum, & tempore, loquere abstrahere secundum esse possibile, & obiectivum, at secundum esse actuale, quod habet a parte rei, tam contingens esse, locumque & tempus connotat, ac ipsa existentia.

117 Ad ultimum dicitur essentia per se convenire creaturae, & existentia per accidens, non quia existentia realiter distinguitur ab essentia, sed quia non intrat conceptum ejus quidditativum, neque ex eo quod identificatur cum essentia creaturae sequitur, quod ei per se conveniat, & non per accidens, nam rationale in homine identificatur cum animali, & adhuc rationale per accidens convenit animali. Dices, ad minus sequi, quod creatura necessario existat, quia existit per existentiam sibi realiter identificatam, & consequenter per suammet existentiam. Resp. ex n. 123. nec minus id sequi, quia contingencia creaturae in essendo non fundatur in connexione existentiae cum essentia, ut opinantur Thomistae, sed in eo quod habet esse communicatum a causa efficiente, in quo esse ita communicatum involvit tam existentiam, quam essentia creaturae, & sicut totum esse communicatur creaturae contingenter, ita etiam actualis essentia, & hac de causa dicitur creatura contingenter existere, etiam si existentia ponatur sibi realiter identificata. Itaque haec & similia argumenta non recte concludunt, quia ut supra dictum est, creatura considerari potest secundum duplicem statum, scilicet actualitatis, & possibilitatis, & cum existentia sit gradus interior focus essentiae in quocunque statu, ut diximus num. 88. atque adeo semper tunc est necessaria connexio, consequenter ipsa quoque existentia sub eodem duplici statu considerari potest, & sicutur existentia actualis correspondens, ut gradus interior focus essentiae, essentia actuali, & existentia possibilis correspondens essentiae possibili, unde cum quaerimus, an existentia realiter ab essentia distinguitur, vel illi identificatur, uniformiter loqui debemus de essentia, & existentia, nempe vel de singulari in statu potentialitatis, vel de singulari in statu actualitatis, sic enim uniformiter loquendo semper existentia invenitur identificata cum essentia, ut gradus ejus in trifidens, at argumenta facta concludunt de existentia actuali, seu in esse exercitio comparata ad essentiam, non quidem actualitatem, sed sub esse possibili, & ideo non recte procedunt, quomodo autem neque verum sit essentiam ipsam possibiliter realiter distingui ab existentia actuali jam diximus num. 70.

118 Tercio, illa realiter distinguuntur, quorum unum manet altero non manente, at essentia potest manere destructa propria existentia naturalis, ergo &c. Probatur minor, quia humanitas Christi existit in Verbo, & non per propriam, & connaturalem existentiam, sed per existentiam Verbi; accidentia quoque panis, & vini in Eucharistia Sacramento nova, & supernaturali existentia existunt extra subiectum, destructa priori naturali, quia existebant in subiecto; ergo existentia accidentis potest ab accidente separari, & existentia substantiae a substantia, ut in praefatis mysteriis constat, sane concludendum est, omnem existentiam creaturam ab ejus essentia distingui.

Resp. neg. minorem cum suis probationibus, quia tamen Christi humanitas, quam accidentia eucharistica, propria, & connaturali existentia existunt, licet careant aliquo connaturali existentiae modo, novo succedente modo vel positivo, qualis est modus unionis hypostaticae humanitatis Christi cum Verbo, vel negativum, quatenus est privatio unionis accidentium Sacramentalium cum substantia panis, & vini. Unde si arguente emittuntur existentiam substantiam cum substantia, & existentiam accidentis cum inherencia, quod minime agendum est, quia nomine existentiae intelligitur id, quod formaliter ens possibile constituitur extra causas suas in ratione entis in actu, sive hoc sit substantia, sive accidens, nam in ratione entis in actu, sive in ratione existentis, ut sic, substantia, & accidens non differunt, sed peculiaribus existendi modis, nam substantia existit per se, & accidens existit in alio; & primus existendi modus dicitur substantia, vel per se existentia proprius substantiam, alter vero inherencia proprius accidentium, quorum effectus formalis longe diversus est ab effectu formali existentiae, ut sic, non enim ponitur substantia, ut constituat naturam substantiam extra causas, & in ratione entis in actu, sed ut red. d. illam ita in se, & per se existentem, ut sustentari in alio non indigeat ad instar accidentis; neque pariter ponitur inherencia, ut naturam accidentalem constituat extra causas in ratione entis in actu, sed ut illam alieni uniat, ut subiecto quo sustentetur; exactius autem declaratur, quomodo modus substantiae in substantia, & inherencia in accidentibus eorum existentia differant, non est praesens negotii, sed id inferius praestabimus in propriis Disputationibus; interim pro solutione argumenti sufficiat, accidentia in Sacramento Eucharistiae retinere suam naturalem existen-

tiam, & carere modo inherencia, & humanitatem Christi pariter in incarnatione suam naturalem existentiam retinere, solumque carere modo propria substantiae, ut nunc supponitur communis Scotistarum, & Scoti, dist. 6. quem passim sequuntur Neoterici omnes extra Scholam D. Thomae. Dices substantiam distinguuntur realiter a re substantia, & inherencia ab accidentibus, ergo etiam existentia a re existente. Negatur consequens, iam enim ostensum est existentiam a re existente, non posse realiter distingui, & infra in propriis Disputationibus ostenditur necessitas distinctionis substantiae a substantia, & inherencia ab accidente; cum quid saltem est substantiam sumptam pro se per se existentiam, ut hic de e loquimur, distingui a substantia, & solum verificatur de substantia sumpta pro incommunicabili existentia, ut patet infra dist. 11. q. 2.

Quarto, essentia est indifferens ad esse, & non esse, quia aliquando est, & aliquando non est, ergo essentia distinguitur ab esse. Probatur consequentia, illud, quod successively subicitur oppositis, distinguitur a quolibet illorum; & per hoc rationem probat Aristoteles, Phys. 6. materiam esse realiter distinctam a forma, & privatione. Conf. nulla res potest intelligi sub opposito ejus, quod sibi realiter identificatur, non enim potest intelligi, quod homo non sit animal, sed essentia potest intelligi sub opposito existentiae, intelligitur enim in hyeme essentiam roseae non existere, ergo &c. ita arguit Sonein loc. cit.

119 Resp. hoc argumentum sibi supra num. 119. fuisse retortum in ipsa existentia, quae etiam potest dari in actu, & non dari in actu, & tamen quomodo ponitur actu, non superadditur illi aliquid actualitatis essendi distincta, quia dicitur existere, ut igitur argumentum concludere, & procederet, sicut argumentum Aristotelis, loc. citat., opus esse essentiam praecedere, ut quid positivum existentiam, ut esse in potentia subiectiva, & receptiva respectu illius, quem admodum dicimus de materia respectu formae, at hoc de essentia actuali minime verificari potest, tunc enim est determinata ad esse, unde solum dici potest indifferens ad esse, & non esse, quando concipitur sub statu possibilitatis, in quo sensu de ea hic non est sermo; imo etiam in eo statu considerata nequit dici ab existentia actuali realiter distingui, quia tunc non est in potentia subiectiva, quae supponit esse esse reale a parte rei, quod sic denominari possibile; led tantum in potentia obiectiva, quae nihil realiter negandum est assumptum, quod essentia modo sit sub existentia, modo sub negatione illius, nam uniformiter loquendo semper essentia reperitur cum existentia sibi proportionata, nempe essentia actualis cum existentia actuali, & essentia possibilis cum existentia possibili, unde quando fit mutatio secundum existentiam, fit etiam secundum essentiam eadem mutatio, quatenus modo est potentialis, modo actualis; quare essentia dici loqui potest non existere loquendo de ipsa in esse possibile, & de actuali exercitio existentiae. Ad Conf. patet per idem, falsum enim est, essentiam dari unquam, aut intelligi sine existentia sibi proportionata, neque essentiam realem sine existentia actuali, & essentiam possibilem pariter sine existentia possibili, potest quidem essentia possibilis cogitari sine existentia actuali, quo pacto procedit illa probatio de rosa in hyeme; led hanc argumentum non concludit propositum, cum enim in hac quaestione quaeratur an essentia distinguitur ab existentia, de utraque loquimur uniformiter nempe de essentia actuali respectu existentiae actualis, & de possibili respectu possibilis; ubi etiam advertere, hanc confirmationem retorturi posse contra Thomistas in ipsa existentia, quia & ipsa existentia potest intelligi non existere actu, & sic intelligi cum negatione existentiae, & tamen non distinguitur realiter a seipsa.

In his contra solutiones alias essentiam quoque aduentem indifferenter dici ad esse, & non esse, alioquin necessario existere, & non contingere, ergo falsum est essentiam tantum in statu possibilitatis sic indifferenter posse dici, & cum actualiter existens sit, adhuc indifferens ad esse, & non esse; poterit etiam in tali statu intelligi sub opposito existentiae, atque ideo alata argumentum tantum reale distinctio distinctioem essentiae actualis, & non tantum possibilis, ab existentia. Resp. nequaquam cogitandum esse, quod essentia realis, & a parte rei se habeat, ut quid tertium indifferens ad esse, & non esse, quem admodum imaginatur Thomista, sed ipsa habens esse ex eo potest non esse (non quidem in sensu composito, quia sic omne quod est, quando est, necesse est esse, ut ait Aristoteles, quia in suo esse, & conservari dependet a causa efficiente pro quolibet instanti potestate cum deservire, potest etiam esse in differencia, & contingencia rerum intellectus intelligit essentiam circa existentiam, non quidem dividit, quia tunc falleretur, cogitando essentiam actualem, & extra causas sine existentia, sed abstrahit, & praesertim, ad quod interdu sufficit sola rationis distinctio.

120 Quinto, plura accidentia recipiuntur in creatura, neque enim autem recipi in existentia, cum haec sit ultimus actus, ergo recipiuntur in essentia simul cum existentia, & consequenter essentia, & existentia distinguuntur, ut recipiunt, & recipiuntur in compositis ex materia, & forma existentia non est composita, sed simplex & indivisibilis, cadens super utramque partem, alioquin materia non esset plura potentia, si propriam haberet existentiam, ergo neque identificari cum materia, & forma, quae realiter inter se distinguuntur. Rursus ergo non habent eodem existentiam hodie, quam eras habebit, quia hodierna existentia praesens est, crastina vero est futura, & tamen habeo eandem essentiam, ergo

ergo non solum realiter distinguuntur, sed etiam de facto separantur. Tandem essentia Petri existens est eadem cum essentia ipsius possibili, est enim eadem res, quae nunc producit, & quae ab aeterno producibilis erat, sed existentia Petri distinguitur ab ejus essentia, quae fuit ab aeterno, ergo &c.

Resp. negando minorem, omnia namque accidentia dici possunt recipi in existentia, quatenus omnia recipiuntur in subiecto existente, si quidem una ex praecipuis conditionibus, ut accidentia in aliquo recipi possunt, vel in subiecto, led existentia ipsius; dicitur autem existentia ultimus actus, ut ab initio quaestio in unum, non quidem respectu accidentium, immo respectu illorum dicitur primus actus, quatenus caetera accidentia rei advententia ipsam jam supponunt existentem, sed in ordine ad praedicta essentia, quae supponit. Ad 2. negatur sumptum ex Scot. 4. d. 11. q. 3. §. Abstractione, ut enim constat ex dictis in Physica partes componentes substantiam materialem habent in aequa quoque propriam existentiam, ubi etiam ostendimus materiam non esse adeo puram potentiam, ut propria careat existentia, & actu entitativo. Ad 3. negatur quoque assumptum, eadem enim prorsus est existentia intrinseca, & formaliter, quae hodie existit, & quae existit in cras; & existentia hodierna, & crastina non nisi extrinsece distinguuntur, ut in ratione coexistentiae ad diversa tempora, unde ad summum inferri potest distinctio in duratione hodierna, & crastina, non autem in ipsa existentia, sed quo pacto nec etiam in ipsa duratione inferatur distinctio intrinseca, & formaliter, led extrinsece tantum, & ratione connotati, declaratur est dist. 13. Physic. q. 2. Sic a pari existere Petri Romae, & existere Venetis intrinsece non differunt, quasi sit alia, & alia Petri existentia hic, & ibi, sed solum extrinsece differunt ex coexistentia ad diversa loca. Ad 4. negatur minor, ut enim constat ex dictis num. 69. & 70. etiam comparando essentiam possibilem cum existentia actuali non distinguuntur realiter, quasi illa ab aeterno sit quid positivum, & in potentia subiectiva ad existentiam, quam deinde recipiat in tempore, sed eadem res prorsus quae possibilis erat, fit postea in actu, & idem prorsus argumentum fieri potest de ipsa existentia, antequam producat, & personati, quo pacto fiat in esse exercitio.

At hic urget Sonein, aut lapide non existente debet ejus essentia aliquid superaddi, ut dicitur existens, vel non; si primum habetur in actu, si secundum ergo unum contradictorium mutatur in aliud, scilicet non existens mutatur in existens. Ad hoc satis constat ex dictis num. 56. cum enim ens possibile fit existens, non sic transit unum contradictorium in aliud, nempe nihil fit aliquid, sed quod erat in virtute causae, egreditur actum, & fit in actu, & ratione hujus egressus verificatur aliquid contradictorium, unde eadem rei essentia sub diversis statibus fundare potest contradictionem, cum enim est extra causas, dicitur existens, cum vero erat tantum in causis, dicebatur non existens, sed ad exactiorem solutionem vide dicta n. 56. ubi solide hic cavillus evellitur.

121 Sexto arguit Blasius in Conceptione ex D. Thoma, illud cuius quidditas est suum esse, non potest esse nisi unicum tantum, ergo implicat, quod creaturae sint suum esse. Confes. patet, probatur antecedens, in illa re, cuius quidditas est suum esse, non potest dari causa, seu ratio multiplicationis, ergo non potest esse nisi unum. Consequenter, prob. antecedens, quia quod unum plurificatur, hoc solum potest fieri duobus modis, primo per additionem aliquid differentiae, sicut multiplicatur natura generis in species, & hoc modo res, cuius essentia est suum esse subsistens, & in potentia non receptum, non potest multiplicari; quia cum existentia sit ultima actualitas, non poterit consequenter tanquam potentia generica per anteriores actualitates, & multiplicari, sicut deberet fieri, si per modum potentiae genericae in diversis speciebus multiplicaretur. Secundo potest res aliter multiplicari, numero, scilicet per receptionem formae in diversis partibus materiae, sicut multiplicatur natura specifica in diversis individuis, & hoc etiam modo esse subsistens, & irreceptum non est multiplicabile, quia nihil fit multiplicatur, nisi quod in alio recipitur, tanquam adus in potentia, ergo esse irreceptum in essentia, tanquam in propria potentia, nullo modo est multiplicabile, led unicum tantum.

Resp. verum esse antecedens cum ejus probatione in eo, cuius quidditas est suum esse, nedum realiter, sed etiam formaliter, & quidditative, ad hoc, existentia fit de illius quidditate, ut est in Deo, non autem in eo, cuius quidditas est suum esse realiter tantum, & identice, sicut est in creatura; nam cum tali identitate, ac irreceptione existentiae in essentia adhuc bene stat ratio multiplicationis, tam specifica, quam numerica in natura creaturae; neque huic obstat, quod existentia dicitur ultima actualitas, dicitur enim talis dumtaxat respectu omnium praedictorum essentialium, quae supponit in natura, quod non impedit ne fit quoque actualitas, & contrahibilis per posteriores differentias, neque existentia ratione suae actualitatis tollit ea, quae sunt essentiae, nam quod ex vi sui esse est in potentia ad aliquid, remanet etiam quando existit in eadem potentia; atque ideo bene poterit natura v. g. animalis multiplicari per differentias essentialis contrahentes, etiam si existentia non recipitur in essentia; falsum insuper est naturam numero multiplicari per receptionem formae in diversis partibus materiae, ut ostendimus infra dist. 10. potius dualis, quae dici solent rerum haecceitates, atque ideo natura specifica bene intelligitur plurificari per adventum differentiarum

individualium, etiam si ejus existentia non recipitur in essentia; quod magis infra constabit ex disputationibus de natura communis, & singulari.

122 Postremo illa, quae diversis potentis cognitivis apprehenduntur, quarum una est intellectiva, & alia sensitiva, realiter distinguuntur, quia realis distinctio potentiarum sumitur ex distinctione reali obiectorum, led essentia, vel quidditas apprehenditur ab intellectu, quia quidditas est obiectum intellectus, & suum esse, velexistere apprehenditur a sensu, qui est cognitivus particularium, & actu existentium tantum, ergo &c. Conf. etiam in Deo scientia simplicis intelligentiae, quae dicitur realiter possibilem, distinguitur a scientia visionis, quae est futurorum, sed non potest salvari haec differentia, nisi dicatur, existentiam ab essentia distingui, & per scientiam simplicis intelligentiae cognitio solum rerum essentiam, & per scientiam visionis attingi existentiam, ergo existentia distinguenda est ab essentia.

Ref. ex Scoto 1. d. 3. quaest. 3. par. 2. §. Abstractione, & quol. 13. §. circa secundum majorem valere de potentis cognitivis dist. par. 2. ut sunt quinque sensus exteriores invicem comparati, non autem de potentis subordinatis, quales sunt intellectus, & sensus, quia idem obiectum potest ab utroque percipi, idem enim quod sentitur, intelligi potest, cum intellectus circa totum ens verferatur, potest etiam negari minor, quia ut notat Bassol. cita t. essentia praeteritum actualis potest intelligi, & potest sentiri, id ipsum enim quod sensus videt, intellectus cognoscit, unde tam visus, quam intellectus cognoscit essentiam coloris, differenter tamen, quia intellectus cognoscit essentiam coloris, differenter finiendo ipsam, & abstrahendo ab esse, vel etiam a suo singulari, non autem visus, & ideo quidditas dicitur appropriari intellectui per modum obiecti. Denum hoc etiam comcello, quod intellectus essentiam cognoscit, & sensus essentiam, non quidditico hinc necessario intertur distinctio realis inter utrumque, sicut neque ob id, quod intellectus sit universalis, & sensus singularium bene deduceretur naturam a suo singulari, seu singularitate realiter distingui. Ad conf. Recentiores primo argumentum retorqueunt, quia de ipsa existentia, etiam ut ab essentia constituitur, Deus habet scientiam visionis, cum nimirum eam cognoscit determinate futuram cum ordine ad certum tempus, & simplicis intelligentiae, cum eam praesens cognoscit, ut possibilem, deinde varias afferunt solutiones, quas accurate refert, & refellit Ovidius loc. cit. punct. 4. ubi ait hanc difficultatem de distinctione obiecti dicitur simplicis intelligentiae, & visionis Dei esse majorem, quae modo in Scholis Societatis controversatur, & adeo arduam, ut a quibusdam putetur insolubilis, unde tandem cum Arriag. concludit scientiam illam in Deo non esse, sed potius ex diverso modo cognoscendi idem obiectum: Ratio autem a priori (inquit Arriag.) cur haec scientiae non possunt per obiecta distingui, est, quia nulla esse potest essentia, vel ita ens, aut conditio, quae non sit possibilis, neque est contrario nihil possibile, quod non possit esse existens, ergo nihil potest videri per scientiam visionis, quod per scientiam simplicis intelligentiae fuerit cognitum, non est ergo differentia inter has scientias ex parte obiecti, sed ex parte modi cognoscendi, quia intellectus divinus per scientiam simplicis intelligentiae apprehendit essentiam, & existentiam rei, non tamen eam iudicando nec affirmative, nec negative, sed per actum, qui explicatur per haec verba, *si esset talis essentia, non inde sequeretur contradictoria*, quo ad res attingitur praesens sub ratione possibilitatis; at per scientiam visionis affirmat non solum non sequi duo contradictoria, si sit talis res, sed omnino affirmat illam esse pro tali, vel tali temporis differentia.

Ego tamen aut rei mysterium non percipio, aut tantam difficultatem in hoc puncto non invenio, ut hi Recentiores jactant; fateor distinctioem earum scientiarum in divino intellectu salvari posse, ut ipsi dicunt, ex diverso modo, at modo attingendi idem obiectum, si quidem hoc etiam pacto ostendi apud Scotum inter se distingui notitiam abstractivam, & intuitivam dist. 6. de Anim. q. 12. nam nulla formalitas ex parte obiecti exprimitur per unam, quae etiam per aliam exprimi non possit, unde non remanet, unde distingui possint, nisi diversitas modi exprimentis, idem obiectum, ut ibi fuse explicatum est, at tamen in proposito etiam parte obiecti aliquid remanere videtur, unde distinguuntur scientia naturalis, & libera, quia res licet ante omnem adum divinum voluntatis habeant esse possibile, tamen esse futurum non accipiunt nisi ex decretis liberis divinae voluntatis, ut notat Doct. 1. d. 39. n. & quol. 12. art. 2. & omnes concedunt, & ideo bene potest divinus intellectus ante decreta libera rerum omnium cognoscere, & essentias, & existentias posibles in ordine ad omnes temporis differentias, nunquam tamen attingere potest futuritatem rei, seu rem esse futuram, nisi post decretum divinae voluntatis de illa re producenda in determinata temporis differentia; unde manifeste deducitur, ut bene advertit S. Mich. trad. 3. de Deo Uno dist. 6. q. 1. in fine, etiam ex parte obiecti aliquid in re divinum intellectum attingere in posteriori signo post decreta divinae voluntatis per scientiam visionis, quod ante illa in priori signo non attingit per illo signo rei existentiam intelligentiae, solum enim ordine possibilium quancumque temporis differentiam, & cum omni ordine actuali, qui pendet ex decreto divinae voluntatis, & potest attingitur per scientiam visionis. Jo. de S. Tho. pro sua opinione obscuram quandam conficit rationem, quae vel nihil probat, vel

vel ad summum distinctionem ex natura rei formalem, non verò realem.

ARTICULUS IV.

Essentia realis, & existentia non distinguuntur solum per intellectum, sed formaliter ex natura rei modaliter.

124 Statuitur hæc conclusio contra secundam sententiam re- lam nu. 76. quæ inter essentiam, & existentiam creatam, solam & puram agnoscebat distinctionem rationis, vel ratiocinan- tis, vel ad summum ratiocinatur. Et Scoti, & Scotistarum loc. cit. nu. 77. & colligitur ex omnibus locis, ubi Doctor existentiam creatam appellat modum intrinsecum essentia ad differentiam e- xistentia divinat, quæ intrat conceptum quidditativum Dei, ut expresse docet quol. 1. art. 1. hinc enim consequenter deducitur in- ter essentiam, & existentiam creatam talem debere poni dis- tinctionem in sententia Doctoris, qualis poni solet in eius schola in- ter quidditatem, & eorum modum intrinsecum, quæ quidem dis- tinctio licet minima sit inter omnes distinctiones citra opus intel- lectus, ut constat ex disp. 1. log. q. 5. art. 2. & disp. 6. Met. q. 10. certum tamen est ex ibi dictis dualiter accipere, omne opus intel- lectus, atque idem potius contineri sub distinctione ex natura rei, quam sub distinctione rationis quæ fit per opus intellectus. Nec quæ- quam conturbare debet, quod Scotus dixerit 2. d. 6. q. 1. §. respondet certum esse de essentia, quod tantum differat ab essentia in modo con- cipiendi, quæ est pura distinctio rationis; nam ibi accipit esse non quidem pro esse existentia, ut distinguitur ab essentia, sed prout est concretum huius nominis essentia, vultque hæc duo differre solum sicut concretum, & abstractum, quæ distinctio est utique rationis, quæ aut tantum penes diversos modos concipiendi logicae eandem quidditatem; ita eum interpretatur Trombet. lib. 5. Metaph. q. 6. §. dimissa ergo Tatar. 2. d. 3. quæst. 5. Pofnaniæ. 1. dist. 26. disp. un. & omnes ejus expositores in eum locum, quod satis constat ex verbis ipsius Doctoris, nam ibi distinguit inter esse essentia, esse sub- stantia, & esse actualis existentia, & de esse essentia pronun- ciat, quod tantum differat ab essentia in modo concipiendi; unde conatur in vau Recentiores quidam ex hoc dicto Scoti ab ipsis non intellecto Doctorem trahere in vau sententiam; & adhuc immerito Suarez disp. 31. sed. 2. nu. 19. & Pasqual. disp. 82. sed. 6. num. 3. hunc dicendi modum Licheto nostro 2. d. 1. qu. 2. ad- scribunt, quod nempe ibidem doceretur essentiam, & existentiam non alia ratione distingui, nisi quia unum concipitur per modum concreti, aliud per modum abstracti; nunquam enim acutissimus Scoti interpretis hæc proluit inceptam, sed vel legitur tantum in nota quadam marginali ibidem ab aliquo rudi adjecta; & cum Suar. id fateatur loc. cit. necio quia ratione hæc dicat fuisse mentem Li- cheti, & glossam ejus cum in ejus litera ibidem legatur tantum esse essentia, & esse existentia esse idem, & omnino inseparabilia; non autem quod differant, ut concretum, & abstractum; quod etiam adnotat Faber 9. Met. disp. 2. cap. 1. ubi etiam hæc conclusio- nem deducit ex Doctore 2. d. 3. qu. 3. quoloco quædam discrimina ponit Scoti inter essentiam, & existentiam insalvata præfatam dis- tinctionem ex natura rei.

125 Verum cum hæc sit communis, & receptissima in nostra schola conclusio, mirum est quam leviter à Scotistis probetur, & de hac pede prætereatur, putantibus satis fecisse, & de hac contro- versia victoriam retulisse, si contra Thomistas ostenderint essen- tiam, & existentiam realiter non distingui; at non vident diffi- cultatis adhuc esse probationis, quod aliquo pacto ex natura rei dis- tinguantur, & non præcisè per intellectum, si enim volumus ipsas distinguere saltem tanquam duas realitates, vel formalitates in re existente repertas ex natura rei, aut saltem ab intellectu inventas cum fundamento in re, ut dicunt, qui eas distinguunt ratione ratiocinata, statim Recentiores citati Averia, Ariaga, Hurtad, Pasqual. Ovied. & alii contra nos retorqueant rationes factas con- tra Thomistas, ostendentes servata proportione sequi eandem ab- surdam in sententia Scotica eas distinguente, velut duas formalita- tes, quæ sequantur in Thomistica eas, velut duas res, distinguen- tes; quia sicut ibi sequebatur processum in infinitum in rebus; ita hic sequitur in ipsis formalitatibus objectivis; probatur sequela, quia illa objectiva formalitas existentia, quæ correspondet ut condi- tionalis à formalitate essentia est apta ad non existendum, & potest habere duos status puræ possibilitatis, & actualitatis, ergo illa rursum duæ formalitates distinguuntur, una quæ sit essentia, alia quæ sit existentia, & de hac rursum idem recipit argumentum ul- que in infinitum; probanda igitur nobis ex solidè statuta conclusio, & deinde ostendendum, quomodo admissa inter essentiam & ex- istentiam distinctione modali nostræ scholæ (quod addo ad exclu- dendam distinctionem modalem juxta usum Recentiorum) non le- quitur processus ille in infinitum in formalitatibus objectivis.

126 Primum itaque probatur inter existentiam, & essentiam creatam non sufficere solam distinctionem rationis ratiocinantis, & non præcisè distingui ex parte modi concipiendi, quia comper- tum est apud omnes ex magis distingui in creaturis, quam in Deo existentiam, cum in Deo sit prædicata tum ejus quidditativum, ut suo loco ostendetur, non autem in creaturis; sed in Deo bene dis- tingui possunt eo genere distinctionis rationis, & ex parte modi con-

cipiendi, ergo majori adhuc distinctione distinguuntur in creatu- ris, major patet, probatur minor, accipiendo explicationem, quæ uti solet Recentiorum ostendendam distinctionem verten- tem secundum ipsos inter essentiam, & existentiam creatam, eamque applicando etiam essentia, & existentia divina, si enim cum Ariaga, & Oviedo ita explicetur hæc distinctio rationis sum-pta ex parte modi cognoscendi, ut eadem formalitas objectiva ex- gnita solum conditionate dicatur essentia, eadem vero absolute affirmata dicatur existentia, planè talis distinctio rationis assignari etiam potest in Deo, non enim repugnat concipere divinam essen- tiam conditionate, non eam absolute affirmando, ut si dicatur, si Deus existat, non sequitur duo contradictoria, & hoc ipsum concedit Ariaga ibidem. Rursus si explicetur hæc distinctio rationis cum Averia, ut eadem formalitas objectiva cognita solum ut pos- sibilis, & non repugnans dicatur essentia; cognita vero ulterius ut actu posita in rerum natura fit existentia, etiam sic assignari potest in Deo, quia antequam Deus concipiatur actu existens, concipi potest non repugnans existere, seu ut possibilis, logicè. Tum denique quia cum distinctio rationis sumpta omnino extrinsecè ex parte modi concipiendi nullam ponat partitionem, vel imperfec- tionem in objecto sic conceptum, nullum sequitur absurdum, si po- nat in Deo.

127 Respondet forte Averia ex his, quæ habet sect. illa 8. ab initio talem distinctionem rationis in Deo non rectè cogitari, quia non reperitur in eo fundamentum à parte rei fabricandi eam dis- tinctionem inter essentiam, & existentiam, ut reperitur in creatu- ris; fundamentum enim talis distinctionis in creaturis, inquit Averia, est quia cum creatura realiter fit contingens, postque ex- istere, & non existere, sequitur posse concipi ipsam entitatem creaturæ, quæ potest esse, & non esse, abique eo quod determi- natè concipiamus eam actu esse, quia vel in re vera actu non est, vel etiam si actu est, hoc actu esse illi contingens, & non est de ne- cessitate ejus, oppositum autem est in Deo & ideo assignari nequit in eo talis distinctio. Contra, si ita est, ut inquit Averia, quod datur fundamentum in creaturis distinctionis rationis essentia ab existentia; ergo saltem est distingui præcisè ex parte modi concipiendi, & non ex parte objecti, ut postea ipse docet; probatur consequentia, quia in hoc differunt distinctio rationis penes for- malitates objectivas à parte rei inter se identificatas, & ea quæ præcisè attenditur penes diversum concipiendi modum, quod illa sit cum fundamento in re, ista vero sine fundamento; illa inter- dit diversas formalitates objectivas in eadem re repertas, illa in- tantum interdiversum modum concipiendi eandem formalitatem, & ideo illa dicitur distinctio mera rationis ratiocinatæ, vel ratiocinabilis, ista vero dicitur distinctio rationis ratiocinantis. Tum quia ex eo, quod tunc datur fundamentum à parte rei in creaturis, ostendat quædam hæc distinctionem inter essen- tiam, & existentiam inventam esse rationis ratiocinatæ, sed etiam aliquo pacto esse ex natura rei, & non expectare opus intel- lectus, ut ea dualiter distingatur.

128 Respondet Ariaga graviter concedendo talem distinc- tionem rationis ex parte modi concipiendi subortam etiam inter di- vinam essentiam, ejusque existentiam admitti posse, ac debe- re, & nullum hinc sequi absurdum, quia adhuc sine præcise objectiva essentia ab existentia in creaturis, bene salvatur dif- ferentia creaturæ à Deo, quæ consistit in eo, quod formalitas existentia creatæ possit corrumpi, non verò existentia Dei, ad hoc autem non requiritur ea distinctio objectiva, inquit Ariaga. Contra, quia si non major reperitur distinctio inter essentiam, & existentiam creaturæ, quam Dei, ut concedit hic Auctor, ergo erit eadem utriusque identitas hic; & ibi acquiescit si est eadem essentialiter, & quidditative existentia cum Deo, erit etiam quidditative, & essentialiter eadem cum creatura; ex quo po- tesse consequenter deducetur existentiam creaturæ esse necessa- riam, sicut in Deo, non autem contingentem, quia esset ejus prædicatum quidditativum, sicut in Deo. Patet ergo, quod si non admittitur major distinctio inter essentiam creatam, ejus- que existentiam, quam in Deo, perit differentia creaturæ à Deo, quoad necessitatem existendi. Deinde ea versatur distinctio in- ter essentiam, & existentiam creatam, ut secundum diversos ca- rum conceptus, quædam formantur propositiones contingentes, & quædam necessariae, nam secundum conceptum essentia for- mantur propositiones necessariae, secundum conceptum verò ex- istentia formantur contingentes; at hoc non verificatur in Deo, quia tam necessariae sunt propositiones extractæ à conceptu ex- istentia, quam essentia; ergo major distinctio admittenda est in- ter essentiam, & existentiam creaturæ, quam Dei; cum igitur in Deo bene distingui possint ex diverso modo concipiendi, major distinctio inter ea astricti debet in creatura. Fortè dices, hoc tan- tum inducere posse inter essentiam, & existentiam creatam, dis- tinctionem rationis ratiocinatæ, non autem omnino ex natura rei. Hoc mihi nunc sufficeret, quia n. 136. non aliud præter proposui, nisi inter essentiam, & existentiam creatam non sufficere solam distinctionem rationis ratiocinantis, & ex parte modi concipiendi præcisè de sumptam.

129 Sed jam probo neque sufficere distinctionem rationis ratiocinatæ, ut explicatur à Recentioribus, sed distingui formaliter ex natura rei; adeo ut opus non sit expectare intellectus operationem, ut ea actualiter distingatur; ad hoc autem probandum recolenda est via, & methodus, quam tradidimus disp. 1. Log. qu. 5. art. 2. ad in-

veniendam distinctionem formalem ex natura rei ad eam mediam inter distinctionem realem simpliciter, & inter distinctionem ratiocinatam, quam diximus esse contradictionem; contradictio namque inter distinctionem, implicat si quidem de eodem secundum idem contradictoria verificari, & quidem talem inter distinctionem, qualis ipsa est, si est contradictio rationis, inter distinctionem tantum secundum diversum esse rationis, ut cum de Petro posito à parte subjecti in propositione identica affirmamus esse subiectum, & de eodem negamus esse subiectum, ut stat à parte prædicati; si est contradictio secundum esse reale inter distinctionem realem, ut si dicamus quod Petrus est, Antichristus non est, talis contra- dictio inter illa extrema reale distinctionem; & tandem si est contradictio secundum esse formalem, distinctionem inter for- malem, vel in formalitatibus ejusdem rei, quia multæ propositiones veræ sunt in sensu reali, & identico, quæ non admittunt in sensu formali, ut in divinis hæc propositio paternitas est communi- cabilis, verè est in sensu identico, quatenus est eadem res cum es- sentia, quæ est communicabilis, at falsa est in sensu formali, quæ explicat rationem præcisi rei, quæ per se primo significatur, & per paternitatem in divinis per se primo importatur realitas in- communicabilis. Rursus dicebamus ibidem contradictionem se- cundum esse formale, & ex natura rei ita inferre distinctionem ex natura rei sicut ipsa verificatur à parte rei, si enim verificatur form- aliter, & actualiter à parte rei, & non virtualiter tantum, aut fundamentaliter, inferit distinctionem ex natura rei actualem esse formale inter ea, de quibus verificatur, citra quod- cumque opus intellectus, ut cum dicimus hominem à parte rei actu convenire cum alio per animalitatem, & actu disconvenire per rationalitatem; quia hæc contradictio verificatur actualiter à parte rei, inferit pariter ad eam distinctionem ex natura rei secundum diversas formalitates inter animalitatem, & rationalitatem; si verò fundamentaliter tantum verificaretur contradictio, tunc ea in se inferri nequit, nisi distinctio fundamentalis, & virtualis, quæ postea fit actualis accidenti opere intellectus, unde postea sumit no- men distinctionis rationis ratiocinatæ.

130 Hæc flante doctrina ibi tradita ostendo nunc distinctionem, quæ versatur inter essentiam, & existentiam creatam non esse ratiocinatam, seu virtualem, sed esse formalem ex natura rei ad eam; & essentia, & existentia creatæ verificatur contra- dictoria à parte rei actualiter, nullo cogitante intellectu, nisi in- quantum enunciat contradictionem à parte rei inter ea repertam; ergo talis contradictio inferit inter ea distinctionem ex natura rei actualem, & cum hæc distinctio esse nequeat ex natura rei realis, ut probatum est art. 1. remanet, ut sit distinctio ex natura rei for- malis; tum quia contradictio non verificatur secundum diversum esse reale, ut mox probabitur, sed tantum secundum diversum esse formale, ergo nequit inducere inter essentiam, & existentiam, nisi formalem distinctionem. Probatur primum assumptum, quia ex 7. Met. 5. 3. essentia est quidditas rei, existentia verò nec est quidditas nec de quidditate rei; essentia est reponibilis in prædicamento, e- xistentia minime, in essentia fundantur propositiones necessariae, in existentia contingentes; & quidem hæc contradictoria verifican- tur à parte rei de essentia, & existentia, non autem per opus intel- lectus, non enim intellectus per suam operationem attributa illa ap- pingit illis, vel fingit in illis, sed illas rationes diversas reperit à parte rei in essentia, & existentia, & nullo operante intellectu verum est, dicere humanitatem esse essentiam hominis, existentiam verò non esse de ejus quidditate, cum ergo hæc contradictio sit actualis à parte rei, utique distinctio, super quam fundatur, non erit tantum rationis ratiocinatæ, sed ex natura rei actualis, & æventerens opus intellectus.

Dices, hæc prædicata non verificari nisi de essentia nudè sumpta, & quatenus præcisa ab existentia, quo pacto non extat à parte rei, sed tantum habet esse objectivum; atque ideo fallum esse illa con- tradictoria à parte rei verificari. Contra, licet à parte rei non inven- iatur essentia præcisa realiter ab existentia, ideit ab ea separata, sed semper illi conjuncta, ac realiter identificata, invenitur tamen præcisa formaliter, quatenus à parte rei suum habet conceptum quidditativum, quem non intrat existentia, sicut à parte rei non datur humanitas præcisa realiter à reponibilitate, bene tamen for- maliter quatenus à parte rei non invenitur reponibilis in essentia homi- nis, seu conceptus ejus quidditativo inclusa, ergo prædicata illa ve- rificatur de essentia à parte rei, & non tantum ab existentia, licet non quatenus existens reductivè. Ita pariter dicitur sequenti dicimus multa contradictoria verificari de natura, & singularitate, ratione quorum concludimus inter ea distinctionem formalem ex natura rei actualem; quoniam enim non datur à parte rei natura communis præcisa à singularitate realiter, datur tamen præcisa formaliter, quatenus in ejus conceptu quidditativo non intrat sin- gularitas, neque talis objectiva præcisa fit ab intellectu, quia non ea prædicata ipse fingit in natura, quibus à singularitate secerneatur, sed ea reperit inclusa in essentia, & quidditate naturæ citra quam- cumque ejus operationem; ita igitur dicendum est in proposito, quod datur à parte rei essentia præcisa formaliter ab existentia, quatenus hæc non intrat conceptum ejus quidditativum, & de ea verificatur prædicata, quæ non verificatur de existentia, atque bene inquam distinctioem citra opus intellectus, quæ sit minor dis- tinctione reali, & major distinctione rationis.

131 Verum tamen est hæc distinctionem esse minimam inter omnes distinctiones ex natura rei, liquidem non est distinctio for- malis ex natura rei absolute dicta, sed formalis, cum existentia sit modus essentia, quæ est conditio diminuens, quia ut docent For- malistæ nostri, & nos declaravimus disp. 2. num. 5. modus intrin- secus proprie non potest dici formalitas; nam formalitas apud For- malistas significat rationem objectivam ex se adequatè conceptibilem sine alia, modus autem intrinsecus nullatenus potest quidditati- vè concipi sine re, cuius est modus, cum dicat ordinem transcenden- talem ad illam, unde supra natura petit concipi cum re, cuius est modus; atque ideo sicut distinctio rei, & modi ejus intrinseci, seu physici, dicitur quidem distinctio realis imperfecta tamen ratione alterius extremi deficientis à ratione rei; ita in proposito distinctio rei, & modi ejus intrinseci, seu metaphysici est quidem formalis ex natura rei, imperfecta tamen ratione alterius extremi deficientis à ratione rei; ita in proposito distinctio rei, & modi ejus intrinseci, seu metaphysici est quidem formalis ex natura rei, imperfecta tamen ra- tione alterius extremi deficientis à ratione verè formalitatis, & ideo ad indicandum quod est minima inter omnes distinctiones ex natura rei, distinctio rei, & modi non dicitur absolute formalis, sed formalis modalis quæ est determinatio diminuens, unde & a quibusdam dicitur distinctio formalis negativa. Cum igitur in proposito ratio in- stituentie non sit ratio quiddificans essentiam, quia in ejus conceptu non involvitur, sed tantum modificans, quia nimirum essentia est in sua quidditate completa ante existentiam, & ab ea tantum mutatur modificationem suæ actualitatis, ideo distinctio essentia, & existentia dicitur formalis modalis.

132 Hinc patet, argumenta superioris sæculi contra Thomistas art. 2. non posse retorqueri contra Scotistas, quia omnia illa argu- menta directè procedunt contra distinctionem realem, aut modalem in sensu Recentiorum, ut constat per singula dilectissimi, non autem contra nostram distinctionem modalem, quæ minima est inter omnes distinctiones ex natura rei; & præcipue ita etiam pro- cedit argumentum illud ultimum de processu in infinitum postum nu. 19. quod præsertim Recentiores contra nos retorqueere solent, quia sicut sequeretur processus in infinitum in rebus, si essentia realiter distinguitur ab existentia, ita sequeretur processus in infinitum in formalitatibus si ponatur distingui formaliter, quoniam ipsa for- malitas existentia potest esse, & non esse, unde & in ipsa geminari debet duplex alia formalitas, quæ una dicatur essentia, & alia existentia, & sic in infinitum, ut arguitur contra Thomistas inquam, argumenta non bene retorquerentur contra Thomistas, quia ut dicebamus num. 120. argumentum illud contra Thomistas non absolute concludit, sed ad hominem ex suppositione nimirum quod essentia, & existentia realiter distinguantur, facta enim tali suppositione, utique & ipsa existentia propria habebit possibili- tatem objectivam à possibilitate objectiva essentia distinctam, & unicuique propria & distincta consequenter correspondebit actualitas, quæ ponatur in esse, & sic existentia possibilibi alia correspon- debit existentia actualis in infinitum, at supposita identitate reali existentia cum essentia, jam diximus ibi argumentum non conclu- dere, quia existentia possibilis erit, ac non repugnans per solam possibilitatem, & non repugnans essentia, cuius ponitur mo- dus, sicut etiam cum existentia producat, non alia productione producat, sed eadem prorsus actione ponitur in esse, quia ponitur essentia, cui identificatur, quo etiam modo loquimur de passione in ordine ad subiectum, cui identificatur, non enim habet propriam possibilitatem objectivam, nisi quod propria productione ad extra produci potest, hoc verò est proprium creaturæ, non autem formalitatis, quæ per se primo non producat, sed concomitanter tantum esse recipiunt per productionem rei, cui identificatur, de quo iterum vide n. 150. Accedit in eo argum. retortorum 135. supponi semper unum fallum, quod existentia formaliter potest ab essen- tia distingui, & adequatè, habeatque propria formalitate à formalitate essentia distinctam, quod fallum esse constat ex di- ctis, quia modus rei, qualis est existentia respectu essentia, non habet distinctam formalitatem à re, cuius est modus.

133 Sed adhuc instat Ariaga. (& est primum argumentum fa- dum contra Thomistas nu. 93.) essentia actualis, quantumcumque præcisa objectivè ab existentia, eo ipso quod actualis concipitur, concipitur existens, quia esse actuale formaliter est esse existens, ergo nec existentia ab essentia, nec è contrario possunt objectivè præcisci. Ratio à priori est (ait Ariaga.) quia essentia possibilis etiam dicitur existentiam possibilem, & essentia actualis existentiam actualem; unde ex parte essentia eo modo, quo concipitur, debet correspondere existentia possibilis, si concipitur essentia possibilis, & ideo sine alia correspondere. Respondetur, quod cum dicimus es- sentiam, & existentiam ab invicem ex natura rei modaliter distin- gui, id utique non debet intelligi de essentia actuali, cum totam suam actualitatem essentia habeat ab existentia, & libenter fare- rimus dici posse de ejus quidditate in hoc sensu, sicut albedo in hoc sensu diceretur de essentia parietis albi, ut sic, nam essentia actualis, ut sic reductivè, involvitur in eo conceptu & quidditate prædicatorum, & existentiam illorum extra causas, cum ergo dicimus essentia ex natura rei ab existentia præciscere, non debet intelligi de essentia actuali, sed de essentia, & in se præcisa in- dicta secundum suam prædicatam quidditativam, vel si intelligitur de essentia quoque actuali, non debet accipi essentia sub actualitate

reducitivè, sed specificativè tantum. Dices, essentiam ab existentia præcisam non amplius extare à parte rei, atque ideo in tali statu præcisam nequaquam dici posse distinctam ex natura rei ab existentia. Jam nu. 1. 30. negatum est assumptum, qui præcisio formalis essentia ab existentia non impedit, quia adhuc in tali statu præcisio dicitur existens à parte rei ob realem identitatem ipsius cum existentia; quod manifestò declarat exemplo, cum enim humanitatem v. g. à risibilitate præcisimus ea præcisè considerando secundum sua prædicata quidditativa, non valet dicere tunc humanitatem non esse risibilem, quia tunc fieret abstractio diviliva, & non præcisiva tantum, sed solum dicere valet humanitatem non intelligi risibilem; sic ergo in proposito cum intellectus præcisè dicitur essentiam ab existentia, non valet dicere tunc essentiam non existere à parte rei, sed tantum non intelligi tunc existere; & quamvis tunc non obicitur essentia intellectui, ut reductivè existens, obicitur tamen existens specificativè. Dices si talis præcisio obiectiva fit per intellectum, ergo erit actualis à parte rei. Nego eam præcisioem essentia ab existentia proprie fieri per intellectum, quia essentia à parte rei excludit à suo conceptu quidditativo existentiam, quod est ab ea à parte rei formaliter præcedere, unde talis præcisio non fingitur, nec fabricatur ab intellectu, sed eam reperit factam à parte rei, quia à parte rei invenit existentiam excludit quidditate essentia.

134. Neque ratio, quam addit Ariag. inquit à priori, impossibilitatem talis præcisioem offendit, sed solum probat existentiam ab essentia præcisè non posse, quia modus non habet propriam, & distinctam conceptibilitatem, ita ut concipi possit sine re, cuius est modus, non tamen contra probat essentiam non posse ab existentia præcisè, vel si hoc etiam probat, certè id solum probat de præcisioe omnino perfectè, & adæquata, quatenus si rem volumus omnino perfectè, & adæquata concipere, non sufficit eam concipere cum suis omnibus prædicatis essentialibus, sed etiam concipi debet cum suo modo intrinseco, & gradu perfectionis sibi debito ex dictis disp. 2. nu. 148. Sed adhuc pro maiori elucidatione difficultatis potest assignari modus distinguendi existentiam à liquo pacto etiam ab actuali essentia, ut nimirum per hoc distinguatur, quod essentia actualis dicat principaliter, & est per se significata rationem quidditativam rei, & connotat existentiam; existentia vero contra principaliter dicit actualitatem essendi, connotatitè verò quidditatem rei existentis; supposito namque quod alia sit ratio formalis essentia, & alia existentia, dum dicimus essentiam actualem, utramque rationem involvimus, ita tamen ut ex modo suo significandi ipsa ratio essentia principaliter importetur, & veluti ponnotativè ratio existentia; & idem servata proportione dicendum est de essentia, & existentia possibili, ut enim læpè dictum est, quemadmodum existentia actualis essentia actuali correspondet, ut eius modus intrinsecus ita quoque existentia possibilis correspondet essentia possibilis.

135. Præterea Paqualig. disp. cit. 82. sect. 4. arguit retorquendo argumentum factum supra n. 104. contra Thomistam, si essentia citra opus intellectus distinguitur ab existentia, utique sumi debet secundum quod est à parte rei non autem in intellectu, alioquin talem distinctionem ex natura rei fundare non posset, at eo ipso quod sumitur secundum quod est à parte rei sumitur cum existentia, ergo implicat essentiam ex natura rei ab existentia distingui. Confirm. quia non potest essentia formaliter ab existentia distingui, nisi eam excludendo à suo conceptu formali, at essentia excludit existentia nihil remanet à parte rei, & connotat existentiam. Resp. argumentum illud factum contra Thomistam nu. 104. inest contra nos retorqueri, siquidem vim sumebat ex natura distinctionis realis, quæ cum fit relatio realis, & versetur inter rem, & rem utique supponit extrema distinctis existentis existentia, ut ibi dicebatur, at ille discursus hic locum non habet, quia nec distinctio formalis importat relationem realem positivam, ut dictum est disp. 1. log. 5. art. 2. neque versatur inter rem, & rem, sed inter formalitatem, & formalitatem, quæ distinctas non habent existentias, sed ambe eadem existunt existentia nempe illius rei, cui identificatur realiter; itaque ad argumentum concessa majori dico ad minorem, eo ipso quod essentia sumitur secundum quod est à parte rei sumi cum existentia per realem identitatem, quam habet cum ea, non autem per formalem, quia sumpta essentia cum existentia, adhuc verum est dicere hanc non esse de conceptu eius quidditativo, & ideo negatur consequentia. Ad conf. respondetur eodem modo concessa majori distinguendo minorem, nam si intelligatur de excludente reali, verum est essentiam seclusa existentia nihil remanere à parte rei, at fallum est si intelligatur de sola excludente formali, quia talis excluditio formalis existentia à conceptu essentia bene fit cum identitate & inclusione reali, quæ sufficit ut essentia dicatur esse à parte rei. Ratio priori huius solutionis est, quia essentia non censetur existens ob formalem identitatem cum eius cum existentia, sed ob identitatem realem, & ideo quando ista manet, quantumvis essentia præcincatur formaliter ab existentia, semper dicitur esse à parte rei, quia talis præcisio formalis non præiudicat identitati reali. Potest etiam dici, quod cum asserimus essentiam ex natura rei modaliter ab existentia distingui, sumitur essentiam secundum quod est à parte rei, non quidem duplicativè, sed specificativè, ut sensus sit essentiam existentem, id est quæ existit, formaliter distinguitur ab existentia, per quam existit, in quo nulla cernitur implicitantia; sed solum implicitantia esset, si assereretur essentiam existentem duplicativè sumptam ab existentia distingui.

Hic advertas Trombet. 5. Metaph. qu. 6. duplici ratione probare distinctionem ex natura rei essentia ab existentia, prima est, illa non sunt penitus idem, quorum unum est indifferens ad alterum, esse, & oppositum eius circumscripto omni opere intellectus, sed essentia est indifferens ad existere, & non existere, ergo &c. altera est, quod potentia obiectiva repugnat existentia reali, & non essentia, ergo distinguuntur ex natura rei. Neutra ratio concludit, hoc enim est motum Thomistarum, iam solum n. 119. quo valet ab eorum claudere realem distinctionem; & ipse Tromb. ibidem. Retorquendo hoc argumentum Thomistarum, concedit etiam existentiam ipsam indifferenter esse, ut possit ad existere, & non existere. Neque etiam placet quedam distinctio Fabri 9. Met. disp. 2. cap. 1. in fine, quod per esse essentia res sunt extra nihil realiter, per esse existentia sunt extra nihil formaliter. Hoc profusus fallum est, quia per existentiam omnes intelligunt illam adualitatem, qua res est extra nihil, itaque alia adualitas necessaria est, ut supra contra Thomistam arguebatur, qui admittent essentiam extra causalitatem, quo pacto ante adualitatem existentiam.

QUÆSTIO III.

De resolutione ex dictis variis quæstis de essentia, & existentia.

136. Primum quæsitum est, an in rebus creatis ex essentia, & existentia aliqua fiat compositio, & qualis. Thomistæ realiter distinguunt essentiam ab existentia, illamque existentiam potentiam verè receptivam, hanc autem actum verè in eam receptam, consequenter opinantur ex eis unis veram, ac realem relictam compositionem, quam aliqui volunt esse compositionem cum his, ut tradidit Cajet. de ente & essentia cap. 5. q. 11. ad 10. & alii ulterius concedunt esse compositionem huius Blaius ad Concept. disp. 8. Metaph. q. 3. & Cabrer. 3. par. q. 2. art. 4. dub. 6. Quæ opinio ex præcedentibus factis remanet impugnata, ubi determinatum est nec essentiam esse realiter ab existentia distinctam, neque esse potentiam verè, & proprie illius receptivam in eo rigore, quo contentum Thomistæ, & quæ ideo in præsentibus non indiget consideratione. Revertentes contra nullam profusus agnoscens distinctionem inter essentiam, & existentiam, nisi in modo concipiendi, non solum negant efficere compositionem realem, sed ulterius negant efficere compositionem rationis, quamvis enim possint per rationem distingui, & invicem comparari secundum rationem ad modum potentia, & actus, talis tamen distinctio, & comparatio nec etiam sufficit ad compositionem rationis, quoniam non est distinctio, tanquam duarum rationum ex parte obiecti, quæ concipiuntur inter se conjungi, & constituere rem, sed solum est distinctio in modo concipiendi, cum eadem profusus entitas vel simpliciter concipitur, vel affirmatur in actu esse, ita discitur Averl. q. 8. cit. sec. 10. Sed nec etiam hic dicendi modus est admittendus, quia aliquam differentiam etiam ex parte obiecti spectandum veritari demonstrativam inter essentiam, & existentiam; neque tantam reperiri inter ipsa identitatem in creaturis, quanta in divinis, ex quo deducitur aliqualem facere posse compositionem in creaturis, quæ non reperitur in Deo. Suarez denique inter has opiniones quodammodo mediatur, dicit enim disp. 37. Met. lec. 13. num. 7. & 8. essentiam, & existentiam in creatis facere compositionem rationis cum fundamento in re, quam vocat compositionem analogicam, cum esse realis, sed cum similitudine ad realem concipiuntur.

137. Dicendum est pro solutione quæstis essentiam dupliciter ad existentiam comparari posse, vel quatenus est adhuc in potentia obiectiva, vel quatenus iam actu est à parte rei in rerum natura; si comparetur ad invicem primo modo nulla inter eas intervenit realis compositio, quia essentia fit potentia verè receptiva existentia, velut proprius actus, ita docet Doct. 1. d. 36. q. un. infra 8. & probat ad versus Henricum, quia nihil videtur esse ibi, quod cum alio componatur, si enim tota albedo præexistat in potentia, ut terminus potentia, & postea ipsamet fit in actu, non est propter hoc aliqua compositio rei, & rei, quia illudmet numero, quod est in potentia obiectiva est postmodum in actu entitativo, idem autem cum seipso compositionem non facit. Tum quia potentia obiectiva, & actus entitativus sibi correspondens, qui dicitur existentia, sunt in compositibilia, & unum excludit alterum, ergo compositionem facere nequaquam possunt, neque per rationem, quia cum fundamento in re cogitari non possunt simul manere, nam potentia obiectiva est omnino diversè à potentia subjectiva, & ideo fingi non potest ad modum potentia receptivæ respectu existentia; hanc eandem doctrinam disserit tradidit Alens. 7. Met. quæstionem ult. in tex. 22. ut dixi n. 89. ejusque verba retuli n. 70. quærit enim ibi, quæ distinctio inter sit essentiam, & existentiam, & quomodo illa dicatur esse in potentia ad istam, & quæsitum resolvitur dicendo essentiam dici in potentia ad existentiam, quatenus tota natura rei primo fuit tota vel natura potentiali, & tota postea fit in actu, non quod nos imaginemur, quod tota res præcesserit, & fuerit sub natura potentiali, quæ postea suscipit actum, sed quod tota res quæ præcessit, & fuit sub natura potentiali, modo tota est sub actu; unde tandem concludit imaginandum non esse, quod essentia recipiat existentiam, velut quoddam diversum re, sed ex hoc quod illa eadem realitas, quæ primo cecidit sub conceptu faciendi fit terminus ejusdem adionis, & obiectum, cum ignitur

essentia in statu possibilitatis dicatur tantum in potentia obiectiva ad existentiam, non verò subjectiva, & receptiva, fallum est ex ipis fieri aliquam veram, & realem compositionem, ut contentum Thomistæ.

138. Inlabis, a seculo Doctores esse 1. d. s. qu. 2. omnem creaturam ex actu, & potentia obiectiva esse compositam, quatenus habet jam actum entitativum, per quem est esse, & aliquid, & est in potentia obiectiva respectu illius perfectionis possibilis, cuius est capax, quatenus est ens. Ad hoc respondet Meurisse lib. 1. iux. Met. qu. 23. non ob id Doctorem sibi met adversari, quia cum negat esse essentia in potentia obiectiva, & existentia compositionem fieri, hoc negat quasi utrumque fit positivum, & unum in potentia receptiva respectu alterius, ut volebant Henricus, & Thomistæ, & cum postmodum docet, omnem creaturam esse compositam ex potentia obiectiva, & actu entitativo, non vult hoc utrumque esse positivum, immò docet expressè unum esse, & aliud privativum. Sed hæc responsio, quamvis etiam a Lich. t. infirmata, non valet, quia actus entitativus, & potentia obiectiva sunt in compositibilia, ut læpè monit Doct. præsertim 2. disp. 12. quæst. 1. ergo nedum facere nequeunt compositionem, ut ex positivo, & positivo, sed nec etiam tanquam ex positivo, & privativo; & ideo dicendum nunquam compositionem fieri ex actu entitativo, & potentia obiectiva illi actu correspondente, quia fit sunt in compositibilia, sed ex actu, & potentia obiectiva illius gradus entitativus, quo creatura caret, vel ratione sui, vel saltem in ratione entis, ut sic, quia hoc pacto possunt actus entitativus, & potentia obiectiva fieri simul, & in hoc sensu intelligendus est Doct. cum ait 1. d. s. q. 2. ex hoc actu, & potentia omnem creaturam supponit constare expressis suis verbis.

139. Si autem existentia consuetur cum essentia jam actuali, & actu posita in rerum natura, in hoc sensu fit ex ipis aliqua compositio formalis, quæ est minima inter omnes compositiones ex natura rei, quam proinde alii vocant compositionem rationis cum fundamento in re; alii verò appellant *quasi compositionem*, eo quod hæc compositio fit imperfecta, cum componentia non sint adæquate conditibilia, quia licet quidditas creata aliqua ratione possit concipi esse, vel existentia, tamen existentia nequit concipisse sine actu. Hæc autem compositio primo licet declarari potest ex generali ratione modi, & rei, in omni namque re modificata per modum aliquem intrinsecum quo fecerit posuit aliquo pacto ex natura rei, sicut motus ipse, & res modificata per modum, quæ quidem licet à parte rei non sint duo entia, sed una & eadem res alio tantum vel alio modo se habens, nihil tamen minus res ipsa modificata, & ratio formalis, quæ modificatur sunt duo conceptus obiectivi (licet inadæquate distincti) quorum unus habet rationem quasi potentia, & subjecti affecti, alius vero rationem actus efficientis, ergo res, & modus in creatis aliqualem faciunt compositionem, quia inter ea intervenit aliquis distinctio, & aliquis comparatio actus, & potentia, quæ duo suffiunt ad rationem compositionis. Deinde declarari potest ex speciali ratione essentia, & existentia quia essentia habet ipsa propriam quidditatem quæ mediante existentia esse potest à parte rei, existentia quoque per se habet quidditatem in eo consistente, quos fit ratio quædam formalis, quæ facit rem in actu, ex his autem duabus quidditatibus una res inter se contrahit, vel saltem existit potest, ita tamen in virtute causalium; ergo invicem conjunctæ aliqualem faciunt compositionem ex natura rei, præsertim quando unum ut sunt à parte rei, Probatur consequentia, quia istæ rationes sunt ita distinctæ à parte rei, ut una aliquid superaddat alteri, non quidem realiter, sed formaliter distinctum, siquidem existentia superaddit essentia rationem, per quam potest esse in actu, & una se habet ut actus, altera vero ut potentia; quia essentia sublemitur existentia, ex vi cuius formaliter existere dicitur, tanquam per formam, cui totum esse rei subicitur. Denique existentia existens plus importare videtur, quam essentia sola simpliciter dicta, ergo conceptus essentia, ut sic, simpliciter est conceptus ejusdem entitatis, ut existentis, atque ideo essentia cum existentia aliqualem facit compositionem.

Hoc igitur modo admitti debet in qualibet creatura compositio esse, & essentia, quæ fit compositio aliquo pacto ex natura rei, vel si dicatur rationis, habet tamen realem fundamentum in ipsa creatura; & est finita, ac limitata quidem perfectio, nam ex eo quod est limitata perfectionis, non habet esse in necessitatem, sed potest esse, & non esse, quæ de causa ratio existentia concipitur esse existentia. In Deo autem talis compositio admitti non potest, quia non adest in eo fundamentum concipiendi rationem existentia accideri essentia, & esse extra rationem formalem ejus, non enim Deus est indifferens, ut fit, vel non fit, cum necessario existat, & ideo ejus essentia concipi nequit ut subjectum, quod per existentiam determinatur tanquam per formam.

140. Sed impugnat Ariag. cit. disp. 2. Met. num. 71. hunc modum explicandi compositionem ex essentia, & existentia; quasi intellectus essentiam eo quod in se differens est ad existendum, & non existendum apprehendat per modum subjecti, ipsam autem existentiam per modum actus, nam ipsa existentia sub conceptu existentia apprehenditur ut indifferens ad existendum, & non existendum, ergo illam deberet apprehendere per modum subjecti, & fit in infinitum. Hæc insentia apud Averl. nullius momenti foret, nam ipse docet sect. illa 8. quod quando essentia concipitur ad actualiam, concipitur ut existentia, & e contra cum existentia concipitur

ut potentialis, & non exercita actu, concipitur ut essentia, unde negaret existentiam sub conceptu existentia apprehendi, ut indifferenter ad existendum, & non existendum, fit enim concipitur sub ratione essentia. Verum nescio quia coherentia hoc dicat, nam superius lect. 6. in octavo argumento contra Thomistam probat existentiam sub conceptu existentia esse indifferenter ad existendum, & non existendum, & contingens, ac variabile esse, quod fit, vel non fit, & existentiam posse esse, & non esse actu non minus, quam essentiam. Potius ergo occurrendum est ex dictis num. 142. quod licet in opinione distinguente existentiam realiter ab essentia, admitti debeat existentiam seipsa sumptam esse indifferenter ad existendum, et non existendum, quia univocum; rei propria correspondet existentia, et propria potentia obiectiva, à qua per eam extrahitur, in nostra tamen sententia eam realiter identificante cum essentia, hoc admittendum non est; sed potius dici debet existentiam constitui possibilem, et non repugnantem per ipsam essentia possibilitatem, cui tam in statu possibilitatis, quam adualitatis semper servata proportione correspondet, ut modus intrinsecus rei realiter identificatus ex dictis num. 127. unde sicut in recto nondicitur existentia actualis existere, sed esse id, quod formaliter essentia existit, ita nec existentia potentialis dici potest in recto posse esse, & non esse, sed esse id, quod essentia potest esse, & non esse.

Arguunt Thomistæ compositionem esse esse, & essentia debere esse realem, ne creatura videatur adæquare simpliciter Deum, sed constat solutio ex supradictis n. 123. ubi diximus alias non deesse compositiones in creatura, ratione quarum simpliciter Deum nunquam adæquare potest, ut monet Doct. 1. d. s. qu. 2. & per hanc ipsam quoque qualemque compositionem posse creaturam à Deo discerni, quatenus existentia in creaturis non est ita summè identificata cum essentia, ut in Deo, quia ibi esse prædicatum quidditativum ejus, hic verò modus tantum intrinsecus potens aliqualem facere compositionem cum re modificata. Arguunt alii e contra nullam ex eis compositionem fieri posse nec realem, nec rationis, quia membra componentia excludunt se mutuo, at essentia, & existentia non se excludunt, nam essentia excludit existentia nihil remanet. Sed ad hoc quoque constat solutio ex dictis n. 145. nam factam compositionem eo modo, quo se excludunt, quamvis autem non excludant realiter, quia essentia sine existentia nihil remaneret, se tamen excludunt formaliter, quatenus existentia excluditur à conceptu formalis essentia, & hoc pacto efficit cum ea compositionem aliquam ex natura rei saltem modalem.

Quæstum secundum.

141. Secundum quæsitum est, utrum sit perfectior essentia, vel existentia, quæ quidem comparatio licet fieri nequeat in sententia nullatenus eas distinguente; potest tamen habere locum in opinione eas realiter distinguente, vel saltem aliquo pacto ex natura rei, aut per rationem cum fundamento in re; existentiam esse simpliciter, & absolute perfectiorem essentia tunc tenent Thomistæ passim. Bannes 1. p. q. 3. ar. 4. dub. 3. Navarret. Concept. 14. §. 7. 8. 9. Ledelm. de perfectionibus divinis q. 12. Blasius a Concept. disp. 6. Met. quæst. 4. Manca 1. Phys. q. 5. dub. 4.

Oppositum rationabilis solent propugnare Scotistæ Tromb. 5. Met. q. 6. Met. d. 2. q. 5. Meurisse lib. 1. Met. q. 24. & sequuntur nonnulli etiam ex Thomistis, ut Socin. 4. Met. q. 13. & Fer. 3. contra gentes c. 23. Probatur, quia perfectio, vel imperfectio rerum, seu nobilitas, & ignobilitas entium attenditur penes essentiam, non verò penes existentiam earum, ergo essentia est nobilior existentia. Consequentia patet, & probatur assumptum; nam homo ideo est perfectior asino, quia nobilior habet differentiam essentialem, quam sit differentia asini, non autem quia perfectior habet existentiam, tam enim extra causas esse asinus, quam homo post eorum productionem. Confir. hæc enim ratio diximus, hominem existentem perfectiorem esse asino existente, quia homo secundum essentiam suam est perfectior asino, etiam secundum essentiam suam; at hoc non diceretur, si existentia perfectior foret essentia. Ratio à priori huius conclusionis ea esse videtur, quia ratio essentia variis gradus entium constituitur, & non ratione existentia; nam existentia solum præstat, ut ejus beneficio res extare dicantur actu à parte rei, at in essendo sic à parte rei non datur gradus, non enim magis estat à parte rei substantia, quam accidens, licet unum nobiliori modo existat, quam aliud, quia substantia existit per se, & in se, accidens in alio quod proprie non infert nobilior existentiam sed nobilior modum existentia, quia substantia existit in rerum natura subsistendo, accidens autem existit inherendo; ergo perfectior non attenditur penes existentiam, sed penes essentiam earum. Deniq; quando etiam ostenderent Thomistæ perfectiorem rerum attendi quoque penes existentiam, & hoc eis concederetur, non ob id intentum habent, quia non adhuc per hoc probaretur magis attendi debere rerum perfectionem penes existentiam, quam penes essentiam, ut nos asserimus. Hinc postea fit, quod rerum essentia directe ponitur in predicamento non existentia; & quod ille sunt obiecta scientiarum, non esse, & quod ille necessarias, ac æternas fundant veritates, non esse, quæ omnia, vixim indicant essentiam à toto genere præcellere existentia. Aristoteli.

142. Respondent Thomistæ, & præcipue Bannes negando assumptum, quia omnino negari non potest existentiam v. g. substantia per-